Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Astronomica - Cod. Ettenheim-Münster 165

Moingenat, Johannes

[S.l.], 1623-1624

Articvlvs VI.

urn:nbn:de:bsz:31-114277

Visual Library

ARTICULUS VItus
De Emendatione veteris Calen-darij.

Duplici huic Calendarij malo pluribus remedijs subveniend-
est, 1m quia aequinoctium caeleste et civile discreparunt
horis à 21 Mart: cui alligatum erat ad 11 eiusdem ob prae-
dictum defectum 10 minutorum 44 secundorum ab horis sex quibus
et completus quot annis commissum discessit discrimine 10 die-
rum mitoruenento, varij in varias concesserunt sententias in
hoc emendando errore, alij n. aequinoctium contra Nicaen. Concil:
statutum in 11o Martij retinendum, alij in 25 eiusdem ob certas
causas reijciendum censuerunt, plerique tamen in verba Concilij
dicti et diem 21 Martij iurarunt; quam ob rem cum Calendarium
vetus aliter emendari non posset, quam ut 1o tollerentur
errores deinde vero remedia praescriberentur ne eadem men-
da recurrerent, ad aequinoctij in sua sede restitutionem et ad
emendationem anni solaris verus ex veterum Calendario 10
dies eximi et tolli debebant, ut certe error tolleretur et aequi-
noctium quod iam 10 anticiparet dies in 21 redderet. Itaque
Greg. XIII ex anno 1582 10 dies sustulit et 5tm Octobris est
eiusdem indigitavit quod erat 1m. 2o ne idem rursus eveni-
ret error, cautum est ut omnes centesimi anni per seqdem
bisexti omnes tamen relinquerentur, quos non emetitur numerus
400 uti supra dictum est de cyclo Gregoriano, videlicet
centesimis intra millesimum sexcentesimum, et bis mille-
simum conclusi quales sunt septingentesimus, octingen-
tesimus, nongentesimus etc. Ratio est quia in spatio 400 an-
norum 10 praedicta minuta, cum 44 secundis excrescunt
in 3 dies, desideratis tamen 27 minutis fere fit ut intra

tot annos tres anni bissexti intercalares omitti et loco eorum
cōes anni assumi debeant, minutorum a reliquorum 27 rāo
habenda erit primum post, uicies semel mille et sexcentos
annos tanto n. tempore minuta hac diē unum conflabunt.
atque hac de aequinoctij restitutione et remedio

13 Notandum q. per hunc Gregorianum cyclum annorum
400 et cyclum solis et ordinem literarum dominica
lium fuisse immutandum uti iam non post 28 annos, ue
lut antehac ad initium suum redeat sed primum post 400
de quâ re infra. Quod a. ad 2m errorem in anno lu
nari commissum caput attinet sciendum ē nouilunia hodie
in cœlo 4 diebus et amplius citius contingere, quam eadem ab au
reo numero in ueteri Calendario indicentur, qui error satis
ē crassus, et causa alterius erroris; luna namque post 19
quosque annos Julianos nouilunium suum anticipat una horâ
27 minutis post 19 uero Gregorianos annos iam dictos
praeter unam horam 57 minutis, unde factum ut illa in Julia
nis annis a Conc. Nic. hucusque 4 diebus et amplius, in
annis u. Gregorianis 6 fere diebus indicaretur tardius, q
error nunquam fuit compensatus, tametsi a. hic error
tolli potuisset ex Calendario ueteri, si ses aurei nume
ri per 4 uel plures fuissent sursum promoti, nihilominus
tamen duas ob causas aliam rationem huic malo subueni
endum fuit, 1o. ut ex Calendario oio tolleretur numerus
Aureus, 2o. eiusque loco substitueretur cyclus Epactarum
30, eo quod nouilunia in singulos mensium dies inci
dere possunt cum tamen aurei numeri tantum ad certos quosdam
dies affigantur; epactae u. singulis diebus possunt ascri
bi remedij tamen loco nec et epactarum, quarum ē hoc offi
cium ut nouilunia ecclesiastica in Calendario indicent

tardius aliquando eam insigniter successu temporis, quae in cae-
lo contingant velut aureus numerus, quod [potest] fieri. propter
ob causam eandem superius commemoratam, eo quod Luna
sedem suam annis 312 cum medio uno die anticipet,
et in annorum centuriis diebus octonis. Prudenter cau-
tum est et mandatum ut intra eiusdem spatium 25 annorum
septies centurias epactae octies unitate augerentur, minue-
rentur vel unitate, unitatem quoties aequatio cum mense lunari qui
alternis scilicet 29 et 30 constat diebus et cyclo epactarum
qui 30 semper facienda est, quod in post multa saecula conti-
get, quam in rem est accommodata tabula fuit epactarum,
quas vocant expansas, ut ratione eius aequationis habita
ingressuque in tabula facto descendendo ad inferiorem
descensus vero nunc ascendendo ad superiorem quaeriens repe-
ratur epactam de qua re plura loco non conceditur, flexin
error est si quis post aliquot millenos eveniat annos ad
dictum modum corrigetur, adhibita simul auctoritate
summi Pontificis.

ARTICULUS VIIus
De novo Calendario.

Calendarium novum constat iisdem columnis quemque quem-
admodum vetus, discrepatque a vetori in columna
quae fit in qua ordine retrogrado 30 epactas ponit.
Est autem epacta aliud nihil, quam excessus anni solaris
communis supra lunarem eorum, ut quia annus solaris exce-
dit lunarem 11 diebus undenarius hic vocatur epacta
et quando secundo anno solaris excedit lunarem 22 diebus
dicentur eodem anno iidem 22 dies inseritis sequen-
tis anni epactam a vocabulo graeco ἐπάγειν des-
cendit, idemque est quod intercalare, inserere, superinducere.